

58.

Ray(nerius, Rektor des Herzogtums Spoleto) befiehlt dem P., Pfarrer von Cepto, einige Personen zu veranlassen, die einer ungenannten Kirche geschuldeten Zehnten zu entrichten (unvollständig).

Hs. fol. 10^r.

(1290—1291)

Ray(nerius)³⁵⁾ etc., discreto viro dompno P., plebano / plebis de Cepto³⁶⁾, salutem in Domino. Exposuit nobis dompnus^{a)} I., rector / .. ecclesie, quod quidam, quorum nomina inferius subscribuntur, dare de/cimas consuetas et debitas sibi ratione dicte ecclesie contradicunt. Quare / idem rector provideri sibi super hoc humiliter postulavit. / Ideoque tibi tenore presentium precipiendo mandamus quatenus eosdem et eorum quemlibet sub / pena spirituali et temporali nostro arbitrio infligenda auctoritate nostra mo/neas et inducas, quod infra competentem terminum a te prefigendum / eisdem predictas decimas ut tenentur exolvant. Et si huiusmodi mo/nitionibus tuis ipsi seu aliqui eorum parere contempserint aut de / hiis senserint se gravatos, tu eos ex parte nostra peremptorie citas, / ut infra diem tertium post tuam citationem in nostra curia de/beant comparere, facturi super hiis et recepturi quod postulat / ordo iuris. Datum etc. Nomina vero predictorum sunt hec. /

59.

Ray(nerius, Rektor des Herzogtums Spoleto) befiehlt den Behörden der Kommune Trevi, vor seinem Thesaurarius zu erscheinen und alle Register mit den der Römischen Kirche geschuldeten Einnahmen vorzulegen.

Hs. fol. 10^r.

(1290—1291)

Ray(nerius)³⁷⁾ etc., potestati consilio et comuni Trevii³⁸⁾ salutem. / Cum ex nostro officio recuperari pro posse iura Romane Ecclesie tene-mini / et sine reatu periurii et Ecclesie Romane et nostro preiudicio ea derelinquere / non possimus, presentium vobis tenore sub pena quingen-

a) dopnus *Hs.*

³⁵⁾ Vgl. oben S. 141.

³⁶⁾ Es handelt sich wahrscheinlich um die Pfarrgemeinde von Ceppetum in der Nähe von Coccore, Fabriano; Diözese Nocera Umbra; vgl. *Rationes decimarum Italiae. Umbria* ed. P. Sella (Studi e testi 161, 1952) S. 261 Nr. 3886 und S. 299 Nr. 4480.

³⁷⁾ Vgl. oben S. 141.

³⁸⁾ Trevi (Umbria).